

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9706

Auteur(s) : Robert de Montfort [particulier]

Bénéficiaire(s) : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1168

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert de Montfort confirme les donations faites par Robert de Bretteville et par des hommes de celui-ci aux moines de Saint-André-en-Gouffern.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6577.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 64-69, p. 417.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Le parchemin est déchiré en haut à droite d'environ 55 mm x 115 mm. Le texte de cette partie perdue peut être restitué d'après celui de la charte de Robert de Bretteville (Arch. dép. Calvados, H6577 : SCRIPTA 9708).

Texte d'après A

Universis Sancte ecclesiae filius, Robertus de Montfort salutem. Notum sit omnibus tam presentibus [quam futuris quod Robertus] de Britavilla dedit ecclesie Sancte Marie Sanctique Andree de Gofer terram Gilleberti sacerdotis eodem [Gilleberto concedente, que] terra est inter cheminum calceium et Casteleth et quicquid de dominio suo ibidem habebat. Willelm[us Tanetin, totam terram] quam de eodem Roberto tenebat eodem concedente predictae ecclesie in perpetuum elemosinam dedit, homi[nes autem predicti Roberti,] eodem Roberto domino suo concedente et Rogerio filio Guarini genero suo, de terris suis eidem ecclesiae [dederunt hec que sub]jecta sunt : Robertus Rabel et filii ejus de feodo suo .X. acras ; Bernardus Rabel et filii ejus de feo[do suo] .III. acras ; Osbernus] Parvus et Radulfus Ferun .III. acras et dimidiam ad Buschet ; Unfridus filius Huismelini et Ermengart [ejus uxor de feodo suo] unum campum circa unam acram habentem ; Manesserus Aguillun .III. acras. Idem etiam Manesserus dedit [eidem ecclesie de terra sua] de Britavilla .X. acras, pro quibus Robertus de Britavilla concessit ei terram de Tornorio que sui juris erat, [pro] qua donati[one et compositi]one idem Robertus dedit Rogerio filio Guarini genero suo et uxori et filiis ejus ut hoc concederent .CCC. solidos Andegavensium. Idem vero Manesserus et idem Rogerius et Robertus ejusdem filius hanc compositionem tenendam et conservandam fide pactionaverunt. Has omnes predictas donationes quietas et liberas ab omni reddito et servitio predictae ecclesiae prefati donatores

dederunt. Ipsi autem et successores eorum post eos servitia ad eas pertinentia, mihi meisque heredibus sicut de aliis suis feodis sine aliqua diminutione persolvent. Ego igitur quicquid de meo feodo anno ab incarnatione Domini .M°. C°. LX°. VIII°. eadem ecclesia in predicta villa possidebat, ratum esse et in perpetuam elemosinam eidem ecclesie permansurum concedo, sigillique mei attestazione ut omni tempore fixum et immobile permaneat, confirmo. Hoc autem parte Roberti de Britavilla et Rogerii filii Guarini generi sui facio, salvo regis servitio, quod per elemosinarum largitores uti de meo predictum est persolvetur. Hii testes, Savarius, Radulfus filius Savarii, Willelmus de Bruecort, Gaufridus de Asneriis, Hugo Bigot, Ricardus de Boneboz, Ricardus Caperus, Rogerius de Boismoret.